





Joachimus Abbas Monasterij Sancti  
Galli, prudenti ac perdocto viro  
Josueo Kesslero S. D.

Digesimo die Februarij tuas mihi dedit literas  
Decanus meus, quibus citius profecto respondi-  
sem nisi me varia et multa tum domestica tum civilia  
negotia impediissent, Quare tua erit prudentia  
id ipsum mora' causam fuisse existimare.  
Consilium et mens tua de excudenda ore qua' S.  
Gallus olim habuit Constantia mihi non displicet;  
Placeret autem uehementer si prius exemplaris  
mihi copia fieret. Nam licet ante octo annos dictam  
orationem habuerim Parisijs, nunquam tamen totam  
illam legendi mihi facultas fuit, quam deinde cuida  
doctissimo viro ex Societate nominis Jesu exhibitam,  
repetere neglexi. Missa autem ad me fuit, per fratrem  
Mauritium Enck Conuentualem Coenobij S. Galli, qui  
eam descripserat ex antiquo quod penes te est exemplari  
parente tuo bonae memoriae id praestante. Quod si praedictam  
orationem perlegero, tuum animum meum  
quisquis erit, declarabo. Sum enim paratus tuis com-  
modis et bona uoluntate officij mei et operae nil  
denegare. Vale. 24 Febr. 80.

Pisere et Joachimi in xxviii a. Fidei  
viro, D. Joachimi Kessleri vobis  
Sancti Galli usque amantissimi Dno  
ac compatri meo in primis  
obseruando.

Sancti Gallum in  
Evangelio scripto.